

Christi iustitia per fidem nostra effice-  
retur: quo sane consilio fidem illam in  
cordibus nostris, per verbum suum &  
Spiritum accendit, ut per ipsam inef-  
fabilem illum thesaurū participemus.

Hęc enim consolatio summa, ineffabi-  
lis, & inperscrutabilis est, quod iustitia  
nostra non alicujus magnatis, vel an-  
geli est, sed Christi & Dei. Deus enim  
est qui justificat. Unde etsi aliquis to-  
tius mundi peccata admiserit, Christi  
tamen iustitia est eritq; semper infini-  
tis adhuc partibus major & gravior.

Nimirum *Jehova iustitia nostra* est, ut  
extat Jerē. 33. peccatum autem Jehova  
potenti<sup>9</sup> esse, ne cogitari quidem pot-  
est sine peccato. An n. in sufficiens sa-  
tisfactio est, creditori cui florenū de-  
beas infinitos auri milliones adnume-  
rare? Tale autē lytrum est Christi san-

guis, quem idcirco *B. Paulus Act. 20.* ap-  
pellat *sanguinem Dei*: tantaq; est Christi  
iustitia quam nobis donat per fidē, ut  
nō jam solum justificemur per illum,  
sed insuper in illo fiamus ipsa iustitia;  
*2. Cor. 6.* Quemadmodum enim non sa-  
tis est infantem conspurcatum lavisse,

sed eundē præterea mundis linteis in-  
voluere oportet; *Ezech. 16.* Ita Christus

*Quare  
Deus fi-  
dem in  
nobis o-  
peretur.*

*Summa  
satisfa-  
ctio in  
sanguine  
Christi.*

*Christus  
non tan-*

non